


BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

FACULTÉ  
DE  
THÉOLOGIE  
DE PARIS  
THÈSES

BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
M.S.  
692



BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
MS.  
692





Volume de 409 feuillets  
(moins 25, 26 et 346)  
20 Juin 1912













100  
Virgini Immaculatæ  
et  
Deiparæ .

Stii Merig  
de P. Oratoire .

## De Creatione.

Lo spirito umano è in ogni istante della sua vita intellettuale spettatore diretto e immediato della Creazione.

Gioberti, Miscellanea. v. 98

Nobis exploratum manet duplicem existere ordinem; primum Naturalem posterior vero Supernaturalem dicitur. quod ita acceptum nobis verbum ut eo significetur Deus ratione cognitum voluntate quaesitum principium esse ordinis Naturalis; Deum ratione et Revelatione praecognitum voluntate et gratia quaesitum principium esse ordinis Supernaturalis.

quod autem de duplici illo ordine Patres nostri veteres qui Philosophi rectè firmi qui sensere; quod satis acutè quum argumentarentur propugnârunt, scilicet: Deum et hominem duplici quodam nec aequali vinculo consociari, hoc acerrimè

10  
hodie quidam Philosophi gratis negare aggrediuntur.  
qui ordinem Supernaturalem quum respuerunt, in  
hoc contendunt ut evertant ordinem Naturalem ut  
facilius cupiditatibus, pravis que cordis desideriis  
inseruire possint.

quicquidem Naturalis ordo triplici constat elemento:  
principio medio fine. Principii natura nobis  
finis natura etiam revelatur. Porro principium  
totius existentie Deum esse ratio in dictis probat:  
= ionibus declarat, sic que etiam Deum totius existentie  
finem esse inconcussum remanet. Hinc mentis acrius  
in hoc dirigit ut principium illud a natura  
distinctum non existere probent. quum vero  
constet Deum actu creationis principium esse  
omnium creaturarum, hunc creationis actum  
vehementes labefactare conati sunt: (La raison  
"séparée de la foi chrétienne entreprend un nouvel

21

„ effort pour résoudre la grande question: Qu'est-ce que la  
Création. (Gratry, Logique t. 1.)

Nobis itaque mens est pro nostris viribus creationis  
factum comprobare breviter que perstringere quanta  
ex hoc comprobato vis exoritur ad elucidandas  
quasdam circa idearum naturam difficultates.

11

Deus est causa absoluta prima **efficax** omnium rerum.  
quatenus causa absoluta ipsam substantiam rerum  
creat. quatenus causa prima creaturas creat non ex  
sua divinâ substantiâ neque vi ab alio acceptâ  
sed creat è nihilo vi omnipotentis sibi propriâ.

Creatura rationalis causa etiam sed  
alio sensu dicitur. Creatura est causa relativa  
modalitate, non ipsa substantias operatur; causa  
secunda: operatur vi nec propriâ nec infinitâ sed  
vi finita ab alio acceptâ; causa occasionalis non  
efficax a se ipsis creaturarum: quod ubi de concursu

59  
divino agitur evidenter demonstratur.

Hinc rectè dicitur Creaturis Deum denegasse  
potestatem creandi.

Hinc creare est ponere extra se aliquid de suo absque  
diminutione sui. Ponere extra se, cum creatio importet  
distinctionem essentialem Creatoris et creati; de suo,  
nemo enim dat quod non habet; 3. absque diminutione  
sui, alioquin non esset de nihilo.

Hinc tandem tria requirit Principium creationis: 1.  
Lus infinitum: etenim creatio seueductio creaturæ è  
nihilo infinità potentiã efficitur; 2. actum quo  
possibilia ad existentiam perducuntur; 3. existentias  
objectivas a creatore distinctas, quarum  
complexione totum creationis systema efformatur.

Hunc actum semper suis cogitationibus iudicium  
que percipit anima. Hinc formula egregia  
Philosophi: lo spirito umano è in ogni istante  
„della sua vita intellettuale spettatore diretto

62

e immediato della creazione. //

Illud Principium ex parte lucidum, ex parte vero aliā  
obscurum esse omnes concedunt. Lucidum obscurum est quia  
tūm Dei tūm actus hūm corporum essentive notitia  
menti matē apparet. Lucidum ex aliā parte quia  
inter principium <sup>unum</sup> ~~causam~~ et principium <sup>unum</sup> ~~secundarium~~  
causalitatis similitudinem deprehendimus. ac quemadmodum  
causarum secundarum notitia apprehensa menti sufficit  
ut de illā philosophice loqui possimus itā et de causae  
primae notitiā erit.

111

Quomodo probetur principium creationis?

Distinguuntur veritates duplicis ordinis: veritates  
primae et veritates secundae. Veritas probari potest a  
priori vel a posteriori. Probatio a priori improprie  
probatio inveniativ, demonstratio seu explicatio  
cujuslibet veritatis verius dicitur. Porro veritates  
primae a posteriori probari non possunt. Item veritas  
a posteriori probatur quum illius connectio cum quādam  
primā veritate ope ratiocinii revelatur. Nunc si

Veritas prima a posteriori probaretur falsò prima diceretur  
Veritates secundae à posteriori probantur, Marum  
relationibus cum Veritate primâ detectis. Veritates  
primae Veritates Intuitionis: Veritates secundae Veritates  
experientiae dicuntur.

Porro idea creationis est Veritas prima è quâ ceterae  
omnes veritates defluunt. Ergò a posteriori probari non  
potest. Indirectè tantùm demonstratur: Nunc Malebr.  
anchius: "Dei se sufficit plenè à lui-même. La  
" matière n'est donc point une émanation nécessaire  
" de la Divinité. Or, on ne peut donner une démonstration  
" exacte d'une vérité qu'on ne fasse voir qu'elle a une  
" liaison nécessaire avec son principe. Donc il n'est pas  
" possible de démontrer en rigueur qu'il y a des corps.  
" 6 Lett. t. 1. 210-216

Creationis existentiae indirectè probatur confutando  
errores illam negantium. Porro triplicis ordinis  
distinguntur huius principii creationis adversarii.  
1. Postivistae qui Dei existentiam negant ~~novi~~

que vetera atheismi argumenta involvant. 2. Santeistae  
atomistici qui Dei actum à terminis distinctum negant.  
 3. Sceptici objectivi seu idealistae qui corporum existentiam  
 objectivam negant, mentalium quarundam formarum  
 existentiam asserentes. Pontwismi egregii disceptati: Comte  
 d'Altri, Lane. Santeismi atomistici: Heron, d'Altri: Scepticismi  
 objectivi: Vacherot.

### 1. Positivistae

Pontwistae omnino rejiciunt quod ideale et absolutum  
 sonat sola que facta relativa propugnaut. Mirè veterem  
 Heracliti doctrinam renovantes, Dei seu Intus Absoluti existentiam  
 negant: (De fini et relativo sunt à la fois et les seuls objets de  
 la connaissance et les conditions sine qua non de la vérité;  
 et l'infini et l'absolu n'étant que la négation de ces  
 conditions et l'absence de ces objets sont par cela même  
 des notions intelligibles et contradictoires. Peisse.  
 Fraqui. voir Hamilton) 2. Anomata scientifica  
 veritates que necessarias rejiciunt - 3. Rejiciunt existentiam  
 et objectivitatem Legis invariabilis 4. Rejiciunt etiam  
 anomata philosophica metaphysicarum scientiarum.

Hinc tota eorum Religio sensibus consistat. In ordine intellect.  
uali totas corporis modificationes; in ordine scientifico tota  
nature phenomena; in ordine morali potentia suspicue  
auctoritatem admittunt. Evertunt vero triplicem ordinem  
moralem, suspicuum intellectuales quin acriter negent  
existentiam Dei. Talia sunt principia triplicis illius ordinis:  
(Cont reorganiser sans Dieu ni autorité par le culte  
systematique de l'humanité. Comte)  
Contra quos statatur ea existere his necessariis et  
relationes necessarias.

Post istae veterem philosophiam evertere novam que  
imitari intendunt. Ergo cogitationem et rationem  
actu admittunt. Porro ratiocinari non possumus quin  
admittatur memoria voluntatis ceterarum que anime  
facultatum existentia. Ergo existentiam facultatum  
spiritualium anime admittunt. Atqui cogitatio,  
memoria, voluntas facultates sunt spirituales que  
sensibus cognosci nequeunt. Ergo rerum quarundam  
que sensibus cognosci nequeunt existentiam admittunt.

Ergo sensus non sunt critérium universale certitudinis,  
 fundamentum que totius philosophiæ. Insuper phenomena  
 spiritualia quaedam affirmare debemus.

Porro existentia Dei nobis revelatur eadem certitudine  
 eadem que sanctitate quâ nobis facultates spirituales  
 revelantur; scilicet: consentiâ. Ergo vel neganda  
 memoria, voluntas etc. vel admittenda Dei existentia.  
 At qui phenomena spiritualia negari non possunt;  
 ergo nec Dei existentia negari potest.

ii. Modus systema repudiandum quod contradictionem  
 involvit. Porro Positivus unus contradictionem involvit. Ergo  
 repudiandum.

Item Positivæ ratiocinantur. Atqui ratiocinari non  
 possumus quin admittatur existentia relationis absolutæ.  
 Omne enim ratiocinium triplici constat termino. Minor  
 argumenti relationem necessariam inter veritatem  
 primam et veritatem demonstrandam declarat. Ergo  
 ratiocinari non possumus quin admittatur existentia  
 relationum necessariarum. Porro Positivæ ratioc.

inquantum, ergo existentiam relationum necessarium,  
affirmant. In aliâ autem parte negant, ergo sibi  
contradicit eorum Systema, ac proinde rejiciendum.

"Il est un principe qui s'est emparé avec force de l'esprit  
moderne et que nous devons à Hegel. Je veux parler du  
principe en vertu duquel une assertion n'est pas plus  
vraie que l'assertion opposée. Nous admettons jusqu'à  
l'identité des contraires. (Mars.)

III. ~~Ex~~ dictis <sup>constat</sup> in omni argumento majore  
exprimere debet veritatem necessariam. Omnis veritas  
necessaria has etiam habet doter: immutabilitatem,  
universalitatem, immensitatem. Ergo admitti debet  
lus aliquod suâ essentia dotitus illis predictis.  
Porro lus illud vel est reale et personale, vel mens  
phantasma, vel mens humana certis quibus dans  
modis modificata. atqui lus illud non est mens  
humana que finita est et certis gens; nec phantasma  
quod realitatem ac proinde immensitatem non habet;

65

ne, aliquid creatum quia contradictorium est ens esse  
simul creatum et increatum. Ergo existit. Ens aliquid  
personale, distinctum a creaturis, ideas universales  
et necessariae in se necessario recondens. Ergo existit  
ens absolutum; existit deus.

111

Pantheistae negant actum illius infinitum quo deus mundum  
de nihilo educeret. Vel Deus et homo in materia, vel  
mundus et materia in Deo, vel deus et materia in  
hominis. Ita Pantheistae quorum doctrinam confutamus,  
que luculentis exaratum reperias opere Od. Mauri:  
Essai sur le Panthéisme.)

Hic de speciali hodierna que Pantheismi forma agitur,  
scilicet de Pantheismo atomistico: « Les atomes bruts  
de la matière se sont mis d'eux-mêmes en mouvement,  
et ont produit, eux seuls, toute la mécanique de  
l'univers. (Renan, Revue des deux mondes.) Vis autem  
illa atomis inherens, vis immanens dicitur.

Contra quos sit thesis:

Impossibile est mundum existere vi suā propria et eādē quā deus praeditus est essentia. —  
quidquid est in effectu emittens in causa existere debet.  
At qui in mundo amor et intelligentia mente et corde  
revelata invenuntur. Ergo existit aliqua causa amor  
et intelligentiā praedita. Porro illa causa atomus  
a Pantheistis dicitur. Ergo existit atomus prima  
intelligentiā et amore praedita. — Atomus illa vel a  
seipsā vel ab alio existentiam accepit. Porro non ab  
ab alio quā prima non esset. Ergo à seipsā. Porro  
Ius a seipso existens totas perfectiones possidere debet.  
Item si omnes perfectiones non haberet vel quia a  
causā extrinsecā vel quia a causā intrinsecā in  
tua boni possessione limitaretur. atqui non limitat  
a causā extrinsecā quāvis ens nullum aliud existat,  
nec a seipso quia naturā suā ens illud totum bonum  
possidere intendit. Ergo nullo modo Ius primum  
limitari potest in possessione boni, ac prout omnes

66

perfectiones haberet debet. Atqui atomus prima a  
seipsa existit: ergo nullo modo limitari potest; ergo  
omnes perfectiones habere debet. Porro si unica existit  
substantia, dicere debemus omnes atomos eandem  
habere substantiam et essentiam. Ergo si atomus  
una immensitate praedita sit certum est omnes  
atomos immensos esse. Atqui innumerabiles sunt  
atomi orbem componenter. Ergo existunt atomi  
innumerabiles singulae immensitate praeditae. Atqui  
repugnat existentia duorum entium immensitate  
praeditorum. Ergo a fortiori repugnat existentia  
innumerabilium entium, quae singula immensitate  
praedita essent. Ergo si existat lus aliquod immensum,  
ab omnibus creaturis distinctum esse debet.

ii. Vel immensus est mundus vel  
non. Atqui immensus esse non potest quia immensitas  
omnem numerum et partium distinctionem excludit,  
ergo non est immensus. Porro si non est immensus  
omnes perfectiones non possidet. Ergo vel neganda est

mundi imperfectio, vel admittendus actus Dei omnipotentis  
a creatura distincti qui creaturis talem vel talem entis  
gradum impartivit. atqui negari non potest mundi  
imperfectio. Ergo admittendum mundum existere  
actu creationis

Hoc argumentum ita gerdes exposuit: (Il far il  
" mondo infinito si dimostra geometricamente impossibile  
" poiché si darebbe allora una moltitudine attualmente  
" infinita di enti finiti. Si l'universo è finito è dimostrato  
" abile che niuna ragione può esservi, né nella natura  
" della materia né fuori di essa per cui sia determinato  
" alla necessaria esistenza in una data misura, né  
" più, né meno ampia. Opere medite. p. 287 )

III Pantheistae atomistici ordinem mundi  
motu atomorum explicant. Porro motus vel est naturalis  
et essentialis atomis vel non. atqui non posterius alioquin  
Primum alius substantivae existentia admittenda esset.  
Ergo prius constat. atqui motus ille infinitus esse  
debet alioquin nullo modo intelligi posset. Alius  
motus determinatio tali vel tali mensura.

67

Porro motus infinitus & aequalis in omnibus atomis, & perennis esse debet. atqui scientia probatur & motus inaequalis esse, & quibus causis primis cognitis certò que praeventialis in sua directione mutari. Ergo nec essentialis nec universus atomorum motus nec ab aliqua substantia universa rebus omnibus seu atomis ~~et~~ congruentia explicari potest. - Ergo probatur existentia principii creationis.

Corollarium. - Ex dictis constat etiam Pantheistas hodiernos omnem scientiam evellere. Item scientia quolibet constat: 1. distinctione Intelligibilem in ordine intellectuali; 2. distinctione sensibilem in ordine materiali; 3. distinctione sensibilem et intelligibilem <sup>que</sup> ~~quae~~ in omnibus ideis et iudiciis relationem inter se habent. Ergo Pantheismus qui affirmat unam substantiam existero, omnem scientiam evellit.

V.

Sunt etiam plerique hodierni Philosophi qui existentiam objectivam eorum negant; idealis tunc

subjectivi dicuntur, vel sceptici objectivi. Horum princeps  
habetur opere celeberrimo: « Critique de la raison pure.  
Juxta quem duae tantum species idearum in mente  
existunt: 1. Ideae metaphysicae seu à priori quae nullo  
modo ab experientia oriuntur; 2. Ideae empiricae aut  
experimentales. — Omnis idea est etiam judicium.  
In omni judicio mens relationem percipit et affirmat  
inter ideam metaphysicam et ideam empiricam. Illae  
verò ideae illae quae judicia nullam objectivitatem  
habent et à mente tantum efficiuntur. Fichte  
Schelling Hegel Jussius principium illud explicaverunt.  
Morum argumenta exponuntur libro mirae philosophico:  
La Philosophie allemande. Willm. ]

Sceptici objectivi in eo conveniunt cum Theistis quod  
negant existentiam Dei infiniti ab animis distincti,  
cum Pantheistis quod negant omnem distinctionem  
objectivam inter Deum et animas. In eo verò ab  
istis discrepant quod negant objectivitatem mundi;  
ab istis propugnatae. Hinc 1. Theistae Subjectivae  
creationis seu Deum negant, 2. Pantheistae relationem

68

distinctam inter Deum et creaturam seu actum Dei creantis  
negant. - 3. Sceptici objectivi terminum creationis seu  
mundum objectivum negant.

Confundantur -

Scepticismum objectivum rejicere Cousin et Jouffroy.

Posterior quidem optime; prior vero Socii. Sic argumentatus

Jouffroy; Préface aux œuvres de Thomas Reid: 1. Vel neganda

etiam existentia idearum subjectivarum vel affirmanda

existentia idearum objectivarum. Atqui negari non

potest existentia idearum subjectivarum; ergo nec

etiam existentia idearum objectivarum.

Prob. min: Testimonium conscientiae est critérium

cognitionis subjectivae. Atqui conscientia quae

mihi mundi subjectivi existentia revelatur eam

etiam revelatur mundi objectivi existentia. Ergo

vel conscientia errare potest in cognitione mundi

subjectivi: unde Scepticismus universalis, vel non

erat et admittenda est veritas illius testimonii

in cognitione mundi objectivi.

11. - Omnis effectus causam habet. atqui in mente nostra  
deprehenduntur effectus; ergo causam habent. Paro  
causa illa vel est subjectiva vel objectiva. atqui non est  
subjectiva. Ut enim causa subjectiva nullo modo objecti  
extrinseci notionem præbere potest. Ergo existunt  
causæ objectivæ mentis modificationum. Ergo existit  
mundus objectivus.

111. - Hancius confutando idealismus  
Berkeley se ipsum sic confutavit: // J'ai conscience de  
" mon existence comme déterminée dans le temps, mais  
" toute détermination dans le temps suppose quelque  
" chose de déterminant dans la perception. Or ce qui  
" ja de permanent dans la perception ne saurait être  
" l'intuition interne, car toutes les causes déterminantes  
" de mon existence qui sont en moi ne sont que des  
" représentations. Comme telles elles ont besoin elles-  
" mêmes de quelque chose de permanent qui en  
" diffère et par rapport à qui leurs successions, et par  
" la même mon existence puissent être déterminées.

„ Donc la perception de ce qui est permanent n'est possible que  
 „ par l'existence d'une chose hors de moi, et non par la seule  
 „ représentation d'une chose extérieure. Donc mon existence  
 „ dans le temps ne peut être déterminée que par l'existence  
 „ des choses que j'aperçois hors de moi et ainsi la conscience  
 „ de ma propre existence est en même temps conscience  
 „ immédiate de l'existence des choses extérieures :  
 „ Critique de la raison pure t. II. 4172 )

In quibus valet: 1. omnis ideam subjectivam aliquid  
 extrinsecum objectum representare, 2. mundum  
 objectivum existere seu in omni ideā reperiri aliquid  
 subjectivi seu modificationem mentis, 2. aliquid objectivum  
 seu terminum extrinsecum verarum. Porro cogitamus  
 mundi existentiam extrinsecam. Ergo existit mundus  
 objectivus.

VI.

Unde breviter sic probatur principium Creationis: Vel  
 negare Dei existentiam: etā tacite est id: vel negare

actum Dei creantis aliquid creaturam a seipso  
distinctam; ita Pantheistae, vel negare existentiam  
mundi objectivi ut sceptici objectivi placet, tum  
objectivi et subjectivi ut sceptici universales placet  
vel admittendum principium creationis.

Atqui rejicienda sententia tum Positivitarum, tum  
Pantheistarum, tum Scepticorum. Ergo admittendum  
principium creationis..

Nunc quaedam pauca dicenda de  
utilitate principii creationis ad explicandas difficultates  
circa originem naturam deorum.

In omnibus deis tua reperimus: 1. ens cogitans, 2. modus  
cogitatio subjectiva entis cogitantis; 3. <sup>ens</sup> objectivum cogitatum.  
Ens cogitatum vel est internum ut in factis conscientiae  
et suis perceptione interna vel externum ut in perceptione  
sensuum. Sic sed ens sive internum sive externum  
vel est necessarium, vel possibile, vel contingens.

1. Atqui quod est necessarium simpliciter

nunquam principium seu initium existentie habuit ac  
 prout æternum est; quod est æternum infinitum est  
 quia nullo alio præexistente determinatum entis gradum  
 accipere potuit; quod est infinitum immutabile est; etiam  
 si novas perfectiones haberet decursu temporum dici non  
 posset habuisse prout lites similitudinem. Ergo lites  
 necessarium est etiam æternum infinitum, immutabile.  
 Ergo veritates necessarie sunt etiam æternæ infinitæ  
 immutabiles. Formæ sunt exemplares totius creationis.  
 Hæc nunc nos sumus explicandæ.

2. Lites possibiliæ videntur vel in creaturis, vel in  
 animâ se subjecto cogitante, vel in Deo. Atqui in  
 creaturis non videntur alioquin non essent in re possibiliæ  
 sed realiter existentia; nec in mente humanâ videntur  
 quia actus creandi potentiam requirit infinitam, æternam  
 similitudinem esse potentiam humanam certum est. Ergo  
 in Deo seu in potentia creandi quæ Deus præditus  
 est videntur: sunt illæ idæ exemplares quarum  
 similitudinem referre Deus potest creatione.

iii. - Intra existentia quaecumque sunt: Physica,  
animalia, rationalia, duplici ordine continentur:  
sensibilia quae sensibus intelligibilia quae intell;  
gentia percipiuntur. Porro in omni perceptione  
duplex illud elementum deprehenditur: sensibile et  
intelligibile; sensibile seu verbum in veritatibus  
metaphysicis et objectum reale in perceptione  
sensuum, intelligibile seu Deus sive in veritatibus  
necessariis sive in veritatibus contingentibus. In  
veritatibus necessariis Deus videtur; probatum est;  
in veritatibus contingentibus sic probatur: Item,  
quotiescumque eus percipimus hoc verum finitum  
et creatum esse affirmamus. Verum est quatenus  
ad similitudinem idem exemplaris in Deo aeterno  
creatur, finitum quatenus gradum determinatum  
ontis possidet; creatum quatenus a Deo de  
nullo educatur. Hinc in omnibus tuis cogitationibus  
intelligibile et sensibile Deus et creaturam

7

visculo creationis associari mens humana peravit.  
Porro cogitatio est animae essentia. Ergo anima  
semper cogitat; ergo semper Deum creatorem  
cernimus; quod sic egregius auctor affirmat:  
"lo spirito umano e in ogni istante della sua vita  
intellettuale spettatore diretto e immediato della  
"Creazione"

Ita optimi claustrum que patres nostri sensere;  
quorum mirae sententiae de hac ardua questione  
is unus congruunt; quorum etiam doctus am ego  
tanti viri ingenii, rebus que philosophis  
tyro parum expertis, amore studio que semper  
prosequi ardentis exopto.

à l'Oratoire. Jour de l'Epiphane



72

D. C. H.

penman

John Blodgett Smith

Ecclesiasticism and its influence

L. F. Blodgett

